



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Sebastiani Henrici Penzingeri, Consistorialis
Passaviensis, Decani, & Parochi in Trauttmanstorff ad
Laitam Bonus Ordo Triplicis Formatae Concionis Moralis In
Omnia Festa Sanctorum In Amplissima ...**

Penzinger, Sebastian Heinrich

Solisbaci, 1698

Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51763](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51763)



IN FERIA II. PASCHATIS

CONCIO PRIMA.

Textus. Loquebantur ad invicem, de his, quæ acciderant, Luc. 24. cap.

Thema. Pii Discursus Deo placent, & valde meriti sunt.

Exordium. **P**rinceps Philosophorum Aristoteles, agens de virtutibus ovium, præclarum arcanum tradit, nempe si aliquis curiositate motus, scire vellet, qualis ovis gravis, in lucem editura sit agniculum, linteam nam, sitam sub linguâ ejus; si vena alba fuerit, pariet agniculum: prognosticare possum, an animæ nostræ, iudicii, albi, ac candidi agniculi, cœlestis Patriæ hæredes grati futuræ sint; nempe, si linguæ vena, sermones, discursus inquit & spirituales fuerint. Audiamus de super Sacra Scripturæ & Patrum asserta. *Honor, & gloria, in ore sensati, de fructu unusquisque replebitur bonis.* Proverb. cap. 12. *Quis est homo, qui vitam, prohibet linguam suam à malo,* canit David, Psalm. 38. *Quis est homo, qui linguam suam, non supplantabuntur gressibus suis.* Psalm. 36. Patres consolantè in hanc materiam scribunt: *Omnis homo, qui loquitur, & curâ conemur, ut Dominum, lingua nostra discat imitari.* S. Chrysostomus. *ante tribunal Christi, magnâ cum fiduciâ stabimus.* S. Chrysostomus. *Fili mi! certò scias, quòd divina dicentibus, scribit Richardus à S. Victore in cap. 5. Carum. Nihil magis habere potest homo, sermone præferim de*

divinis, neque adminiculum ad felicitatem majus habet. Lib. de Isa-
dech. divinâ S. Spiritûs ope, deluper Conceptus pandam.

CONCEPTUS I.

Sapientissimus Salomon cap. 20. scribit: *Vas pretiosum, labia* ^{Confirmatio}
scientia. Labia inquam pia, ac sanctè loquentia. ^{seu} Quæstio fit, cur ^{Deductio.}
labia scientiæ, labia pia, sancta loquentia, comparat vasi pretioso?
Experientiâ noscimus, in vas pretiosum, nonnisi pretiosa, nempè
gemmas, margaritas, adamantes, & clenodias reponi, vasi ergo
pretioso sapientissimus Salomon, labia pia, ac sancta loquentia com-
parat, ad indicandum, Altissimum in eos, qui pia, sancta loquun-
tur, gemmas gratiarum, ac donorum reponere, mirum in terris
felicitare, & beare videamus hoc, ex Cant. cap. 4.

CONCEPTUS II.

De Dilecto inquit Sponsa: *Emissiones tue, sicut paradisus.* Per
emissiones, de quibus Sponsa loquitur, S. Gregorius Nyssenus Hom.
49. in Cant. & S. Ambrosius, lib. de bono mortis cap. 5. intelligunt
pios discursus, ac bonos sermones, ita Gregorius: *Sermo tuus, qui per*
os tuum mittitur, est paradisus. Conformiter loquitur S. Ambro-
sius: *Emissiones, sermones boni sunt.* Ergo sermo bonus, & pius, para-
diso comparatur; sed cur paradiso? Paradisus locus est, & com-
pendium omnium gratiarum, & benedictionum; sermones, & di-
scursus pii, devoti, spirituales comparantur paradiso, nempè fru-
ctum copiosissimum gratiarum, ac benedictionum divinarum pro-
ducentes: hinc capio verba Davidis, Psal. 100. ubi linguam, piè,
devotè, spiritualiter discurrentem, cœlum vocat.

CONCEPTUS III.

Cæli enarrant gloriam Dei. Cur Dei laudes, ac gloriam enar-
rantem linguam, cœlum vocat? De cœlo experimur, omnia bona,
& utilia nobis adveniunt, è cœlo venit calor & lumen, è cœlo ve-
niunt proficiuæ pluvix; cœlum ergò vocat David, linguam piè lo-
quen-

Gg

quen-

Seneca.

tom.4. consentit Seneca Lib. de tranquillitate animi. cap. 17. inquit. *Danda est remissio animis, meliores, acrioresque resque surgent. Ut fertilibus agris, non est imperandum, citò enim exarriet illos, nunquam intermissa fecunditas; ita animorum imperio assiduus labor frangit. Legum conditores, festos instituunt dies, ad hilaritatem, homines publicè cogentur, tamquam necessariis laboribus interponentes temperamentum.* Et iterum, in proximo lib. Controv. *Omniibus quidem prodest, subinde animum relaxari excitatur enim otio vigor, & omnis tristitia, quæ continuati pertinacis studii adducitur, feriarum hilaritate discutitur.* Apposite scribit Cassiodorus lib. 8. cap. 9. *Consultè relaxamus autem nostra breves dies, ut suis incrementis devota, posterius robustior ad Imperii Pondera subeunda consurgat. Imploratà Dei gratia desuper Conceptus audiamus.*

Cassiodorus.

CONCEPTUS I.

Confirmatio
seu
Deuotio.

S. Ambrosius observat, Christum Matth. cap. 7. asserere, *via ad cælum esse arctam, portam angustam: ita Textus: Quam angusta est porta, & arcta est via, quæ ducit ad vitam.* Hæc autem via ad cælum, est observatio mandatorum Dei, convenienter verbis Christi, Matth. cap. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Hanc viam mandatorum, quam Christus arctam dicit, Deo latam dicit: *Latum mandatum tuum nimis.* Psal. 118. Quæritur super S. Ambrosius: *Quomodo Propheta dicit latum mandatum, cum Christus asserat, suum mandatum esse viam arctam; respondet S. Ambrosius: Ideò, quia angusta, & arcta est via, latum mandatum necessarium est.* Quasi diceret: stricta semita, & angusta disciplina, & rigidum vitæ asperioris institutum, habet etiam latitudines, & animi relaxationes, & honestas recreationes, ut via, qui eam tenent, deficiant, & absolvere curriculum, finesque assequi optatum non possint: Hinc pulchrum est, quod tradit Theophrastes.

CON

CONCEPTUS II.

Theophrastes lib.9. de causis plantarum. cap.17. habet: *Quippe omnia Spiritum desiderant aliquem, vel solutionem, vel meatuum relaxationem.* Sic videmus, ignis inclusus quærit, quò erumpat, in aëre ludit: ventus in terræ cavernis coarctatus, montes cum tremore concutit, donec evadat prata, & campos, sylvas & nemora, jucundè perflat: Aqua objecta aggerum impedita intumescit, & effervesceat, adversus obicem insurgit, quousque illo rupto, effundere sese, & liberè per avia, & devia decurrere queat: Terra, agri, & prata hyemem quietam ambiunt, ut vegetæ distescant, quiescunt enim sub densissimis nivibus: Arbores levarì cortice, & aliis quibusdam ponderibus, quibus prægravantur, exonerari debent, ut vivant: Animalibus nostris, datur & sua ferria, ac quies, ut ad onera durent: Volatilibus cicuris, è caveis datur indies liber exitus, ut domum redeant, ac nobiscum persistent: Si nunc bruta, si plantæ, si elementa naturaliter appetunt suam quietem, solutionem, remissionem, libertatem, an homines non quærant, honestum aliquod alleviamentum, concessamque recreationem, ut possint ferre, & officii sui labores, & statûs molestias.

CONCEPTUS III.

Sapius hortatur David fideles. *Canite Domino Canticum novum, cantate, psallite.* Psal.97. per Canticum hoc, de quo David loquitur, intelligit Rainerius fidele, & Deo constans servitium: sed quâ de causâ, servire Deo, cantui, & musicæ comparatur? in cantu observaveritis, non semper unam eandemque vocem Musicum observare, sed nunc altâ, nunc remissâ voce, & tono canere, interdum & pausam tenere; servitus Dei ergo musicæ, cantui assimilatur, ut sicut musicus, quandoque ab altâ voce in remissam, a la, in re, descendit, parumper etiam tacet, & pausat, ita in servitio divino, in studio, in precatione, in mediatione, licet, & convenit, quandoque pausare, ad horulam recreationi indulgere, joculari, & avertere ab intento opere animum, rura peragrarè, hortum

deportavit, intelligit pios sermones, ac discursus hominis Christiani; Olei enim qualitas est, quod impinguet, dura & spissa, mollia & blanda reddat, infirma sanet, & curet, tenebrosam illuminet, merito igitur oleo, pii sermones, discursus spirituales comparantur; per hos enim impinguntur animi, peccatores obliqui emolliuntur, infirmitates animæ curantur, mentes obsecratae illuminantur. Audiatur S. Ambrosius: *Non frustra in ore Columbae ramus Olivæ videtur esse delatus, eò quod virtus, & Sapientia, sermone sui, habent charitatem, & ipsa lumen ejus effundat.* Sic ergo Columba, cum ramo Olivæ in ore, fuit prænantia gratiarum divinarum; sic qui Christianus, Columbam Noëticam imitantem ramum Olivæ in ore, pios inquam discursus, sermones spirituales ad proximi ædificationem profert, eloquitur, sibi gratiarum donarum innumera dona prænantiat, & præfagit.

Epilogus.

Hortor ergo cum S. Petro, Epist. 1. cap. 4. *Si quis loquitur, sermone Dei;* Et cum S. Chrysostomo Hom. 9. in Acta. *Simul, & ceteri, Olivæ fructifera, & opibus, & fructibus, & foliis ornata; hæc autem nostra sunt sermones, fructus autem vitæ; sit igitur huius sermo, & bona frugis vitæ.* Sic & nobis, in vitæ, & morte affociabit Jesus, & illuminabit in viâ, recreabit in Patriâ. Amen.





IN FERIA II. PASCHATIS.

CONCIO SECUNDA.

Confabulabantur. Lucae 24.

Textu.

Honesta recreatio licita est, & Deo placens.

Thema.

Hodierni peregrini confabulabantur, honesto discursu, *Exordium.*
 in itinere se recreabant, & Christus se eis associat, &
 conjungit, ergo confabulatio, honesta recreatio, Deo
 non displicet, imò placet, & approbat; ad honestam
 recreationem, exhilarationem mentis, quemvis pium,
 ac sedulum Christianum, exhortatur Apostolus ad Philipp. cap. 3. *Textu.*
Gaudete in Domino, fratres, iterum dico, gaudete, &c. & cap. 4. Gaudere in Domino semper, *Scripturae.*
 Regius Psalter pariter admonet. Psal. 31. *Letamini in Domino, & exultate justi;* & iterum Psal. 104. *La-*
tetur cor, quærentium Dominum. Recreationem, exhilarationem
 mentis, & SS. Patres approbant, & eleganter de hac veteres Sa- *Patres.*
 pientes scripsere: Audiamus eorum dicta. *Sunt oblectamenta viri*
prudens gratiora, & utiliora valde, quia divina: verumtamen
arctiori disciplinâ, studiisq; spiritualibus, animus infirmior sapius
his relevatur, ac respirat; Arcus enim, si assidue sit tensus, re- *S. Bruno.*
missior est, & minus ad officia aptus, S. Bruno Epist. 1. Scitis charissimi,
quod corruptibile corpus, inter continuas anxietates, non potest sub-
sistere, nisi quandoque recreationis remedium intercedat. Verba
 sunt Innocentii tertii. Pontificis Maximi. *Infirmior animus est,* *Innocentius*
quàm ut studia continua sustinere queat: desiderant labores paulò *3. Pont.*
contentiores, ut curis gravioribus, atque molestius paulisper relaxa-
tis, in voluptates remittantur: scribit Lucianus, in Dialogo, *Lucianus.*
 G g 3 tom.

quentem, ut sicut è cœlo, omnis benedictio terræ devenit, se
 homini piè, devotè loquenti, sermocinanti evenit omnis prosperitas,
 felicitas, copia benedictionum. Exemplum habemus, in ho-
 diernis discipulis, euntibus in Emmaus; hi pia, devota, spirituali
 ad invicem loquebantur, nempe de morte dolorosissimâ Christi,
 gaudiosâ resurrectione; & quantis fruuntur donis, & gratiâ
 Christus se eis comitem associat, sensum Scripturæ exponit, panem
 benedicto, corpore inquam suo eos satiat, & reficit, mentem
 illuminat, cor inflamat, omnibus sensibus benedicit.

CONCEPTUS IV.

Piè, devotè sermocinari, præfagium est, æternæ beatitudi-
 nis participem, liquet ex verbis Davidicis, Psal. 14. *quærentibus
 Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet
 monte sancto tuo?* Respondet Psalmista Regius: *Qui loquitur
 veritatem in corde suo, & non egit dolum in lingua sua.* Ecce lingua
 piè, devotè loquenti, David cœlorum regnum, ingressum in
 tam æternam promittit; piè, devotè sermocinari, præfagium
 beatitudinis temporalis, & æternæ, ita concludit S. Chrysostomus
 Hom. 9. in Cant. *Sicut noti sunt ex sermone, Barbari & Scythi,
 & nos cognoscibiles fiemus, si loquamur, sicut Apostoli, & sicut An-
 geli.*

CONCEPTUS V.

Mortuo Salvatore nostro, profitetur Longinus, coram tur-
 spectante: *Verè Filius Dei erat iste.* Matth. 27. cap. Saucium
 que mitissimum Jesum, describit David, Psal. 21. *Opprobrium
 minimum, & abjectio plebis.* Unde ergo centurio advertit divini
 pulchritudinem in Christo? Respondet S. Bernardus Serm. 20.
 Cant. *Certè non ex facie, sed ex voce cognovit Filium Dei, videlicet
 scilicet, quòd sic clamans expirasset.* Toto licet corpore saucius,
 dique derelictus, & afflictus; tamen in modestissima, piissima,
 votissima verba prorupit Jesus: *Pater, ignosce illis, non enim sciunt
 quid faciunt: Pater, in manus tuas, commendo Spiritum meum.* Piè
 devotè

devotè, modestè qui loquitur, probat se Filium Dei, monstrat signum evidens prædestinationis, quia futurus electus, Filius Dei.

CONCEPTUS VI.

Christus quondam telonium transire volens, ut naulum solveret, jussit piscari Petrum: *Vade ad mare, & mitte hamum, & piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore ejus, invenies staterem, illum sumens dabis pro me, & te.* Matth. 17. cap. Ex naturâ suâ, pisces in ore nihil retinent, sed statim deglutunt: cur ergo stater non potius in ventre, & intestinis, sed rectè in ore inventus est? S. Ambrosius, in cap. 30. Exodi, per staterem in ore piscis, sermones pios, devotos in ore hominis intelligit, quasi ille, qui pia loquitur, nummos aureos in ore portet, quibus mirè tributum, & debitum, Deo, & mundo solvit; Deo, qui piis sermonibus, devotis, & spiritualibus discursibus summè laudatur: Mundo, quoniam proximus, mirum in modum, spirituali discursu, piâ loquelâ ædificatur, & ad Dei laudes inducitur. Concludit S. Ambrosius: *Stater in ore illius invenitur, qui staterâ ponderat sermones suos, ut igne examinatos proferat.* Sicut ergo stater prælitio, liber passus viatori conceditur, in urbes ingredi, sic qui piè loquitur, discursus spirituales profert, staterem solvit, quo liber passus, & introitus in Regnum cælorum indulgetur.

CONCEPTUS VII.

Narrat liber Genes. cap. 8. Tempore diluvii, Noë ex Arcâ Columbam emisisse, ad indagandum, num aquæ diluvii minuantur, reversa est Columba, auspiciato ominè ramum Olivæ in ore deportans: ita sacer Textus: *Dimisit Columbam ex Arcâ, at illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum Olivæ virentibus foliis in ore suo.* Inde Noë intellexit, quòd aquæ cessassent; dū observanda hic veniunt auspiciatum omen, Noë inde desumere, quia ramum Olivæ, & non Cypressi, & hunc ramum, non unguibus, sed ore deportat: Quid Mysterii latet, quòd rectè ramum Olivæ, in ore deportans Columba, prospera, fortunata nuntiet; nempè Deum placatum, iram mitigatam, gratiam, & veniam repertam. S. Ambrosius lib. de Noë cap. 19. per Olivæ ramum, quem Columba in ore

Gg 2

depor-

tum perambulare, hâc enim ratione fiet, ut diutius infisteret viâ spiritûs, & Dominicorum officiorum, ac cultûs divini possumus.

CONCEPTUS IV.

Marci cap. 6. convenientes Apostoli ad Jesum: *Renunciaverunt ei omnia, quæ egerunt, & docuerunt*: adhuc Apostolis morantibus Christo, quæ effecissent, præ foribus adstant sequenti populi, opera Apostolorum flagitantes: *Erant enim, qui veniebant, & redibant multi, & nec spatium manducandâ habebant*. Videns hoc Salvator noster, an fors ad laborandum, & operis continuationem Apostolos impellit? Minimè: recreationem, & relaxationem, requiem aliquam Apostolis indulget, & dicit: *Venite seorsim in desertum locum, & requiescite pusillum*. Marci cap. desuper Theophilactus: *Quiescere facit Christus discipulos suos, ut sciant prelati, laborantes in verbo, & doctrinâ, de quibus detur sua quies, & non semper intendant laboribus*. Ulter hoc percipere libet ex Oseæ cap. 11. & Lucæ cap. 10.

CONCEPTUS V.

Ero eis, inquit Deus, quasi exaltans jugum, super maxillas eorum Oseæ 11. Alludit Deus, ad praxim aurigarum, vel colonorum pecoribus stivam trahentibus, vel onera portantibus, licet non planè non deponant, tamen aliquantulum laxant, remittunt, & si jumenta respirent, vires resumant, robustiora sint ad onera. majestas divina indulget, ut jugum servitii, oneris, laboris, officii, quandoque ad dies, & horas laxemus, alleviemus. Per Christum Dio in œconomicis; apud Stobæum, serm. 62. *Dominari debet moderate, & recreari cupientibus id permittere, remittit enim, ad novos labores preparant, & arcus, & lyra, & in quiete vigent*. Ideò præcipit Salvator noster, Discipulis suis Lucæ 10. cap. *In eadem autem domo manete, edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt, dignus est enim mercenarius, mercedem suam accipere*. Quibus verbis præcipit clementissimus Dominus, & corpori

dulgere, vires restaurare, animum & mentem honestè & discretè
recreare, & exhilarare. Perpulchrè Ovidius Epist. 3.

Quod caret alternâ requie, durable non
est,

Hæc reparat vires, fessaque membra
levat.

Arcus & arma tuæ, tibi sint imitanda
Dianæ,

Si nunquàm cesses tendere, mollis eris.

Sancta Mater Ecclesia, mediâ in Quadragesimâ, Dominicam
vocat, *Latare: Latare Jerusalem, gaudete cum lætitiâ.* Cur Do-
minus eam, mediâ in Quadragesimâ vocat Latare? An fors pia
Mater Ecclesia, in mediâ Quadragesimâ, latari, recreare se in-
dulget? ita subscribit Innocentius Papa, in Serm. Dom. 4. in Qua-
dragesimâ: *Ne fidelis populus, propter asperitatem quadrages-
imalis abstinentiæ, sub continuo labore deficeret, in hæc medianâ
Dominicâ, quoddam recreationis solatium interponit, ut anxie-
tas temperata levius sufferatur.* Eleganter Plutarchus in Mo-
ralibus. *Lyram & arcum remittimus, quò melius possint tendi;
ita recreandus otio animus, ut ad labores reddatur vegetior.* Con-
cludit Statius, lib. 4. Sylv.

Vires instigat, alitque

Tempestitiva quies, major post otia virtus.

Et Christum in nuptiis Canæ Galilææ adfuisse, & ex aquâ
vinum confecisse, narrat Evangelista Joannes cap. 2. Nuptiale
convivium, exhilaratio est animi; Vinum lætificat cor hominis;
ivit ergo ad convivium nuptiale Christus, vinum lætificans cor,
confecit generosissimum, approbans utique, honestam recrea-
tionem, mentis, ac cordis exhilarationem licere, & decere: Item

H h

Christus

Christus ex itinere & labore fessus, sedit supra fontem, quiete capit, & otium, corporis aqua potu, petit refrigerationem; et licet, & decet, corpori quietem indulgere, cibo, ac potu discere recreare. Sacer etiam Textus signanter enarrat, Isaac cum becca jocatum fuisse: *Prospiciens Abimelech Rex Palestinorum fenestram, vidit Isaac jocantem, cum Rebecca uxore sua.* Gen. 26. cap. Nicolaus Lyranus interpretatur, Isaac esse imaginem spiritus, Rebeccam vero carnis: concludit Didacus Nysenus, *Part. 1. lib. 7. cap. 7. Politici Christiani: Docemur hac re, quod suavitati Relaxationes permittere Spiritus debeat.*

Epilogus.

Hortor ergo cum Divo Paulo: *Gaudete, iterum dico, gaudete, sed modestia vestra nota sit omnibus hominibus.* 1. ad Philipp. cap. nempe modestia Christiana, in omnibus seruetur illaesa; iocunditas absque dissolutione, sine dentibus verba, non sint motus joci, non contumeliosi lepores, opera fiant talia, ut ad bene agendum excitent spectatores, in omnibus conjunctam habeant gratia modestiam, oblectatio honestatem, relaxatio aedificationem, conversatio discretionem, relaxatio temperamentum, confabulatio incitamentum, quo se Christus Salvator noster, discretè ac modestè confabulantibus consociet, ac recreet. Amen.



IN FERIA II. PASCHATIS.
CONCIO TERTIA.

Et cõegerunt eum, dicentes. Mane nobiscum, quoniam advesperascit. Lucae 24. cap. Textus.

Hospitalitas, quàm sit proficua, & Deo grata. Thema.

Virtutes, civitatum sunt fulcra, fortunæ tessera, & calamitatum exilia: inter virtutes, non infimo loco ponenda est hospitalitas, quæ nobilissimam agnoscit progeniem, nempe charitatem; hinc hospitalitatem, veteres Sapientes permagni æstimârunt. Plutarchus lib. de Conviv. Periandri sic verba refert: *Equidem laudo civitates, earumque rectores, qui hospitibus primùm, deinde civibus vacant.* Cleodemus apud Plutarchum, mensam, quæ hospites admittebat, hospitiique præsidium, aram Deorum amicitiae vocavit. *Minimè, Cleodemi verba sunt, mihi videtur, si ex animi sententiâ est loquendum, præsertim ad mensam, quam sustollunt, erepro cibo, cum Deorum amicitia, & hospitii præsidium ara sit.* Convivium urbanè peregrinis & indigentibus exhibitum, veluti ara est, quâ homines Dei benevolentiam elucrantur. Audiamus Sacram Scripturam: *Charitas fraternitatis, maneat in vobis, & hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim placuerunt quidam, Angelis hospitio exceptis,* concionatur Paulus ad Hebræos cap. 13. & iterùm eadem Epistola: *Beneficentiæ autem, & Communionis nolite oblivisci, talibus* Exordium.
Textus Scripturæ.

bus enim hostiis promeretur Deus. Viri misericordia sunt, quorum pietates non defuerunt, cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, & gloria eorum non derelinquetur. clef. cap. 45. Audiantur & Patres: Hospitalitatis officio, ad Christi cognitionem pervenimus: scribit S. Augustinus in quaest. Evangelicis iterum serm. 104. de Temp. Tene hospitem, si vis agnoscere Salvatore; quod tulerat infidelitas, reddidit hospitalitas; & iterum contra haereses; *Discite Christiani, sine discretione hospites suscipite ne forte, cui donum clauseritis, cui humanitatem negaveritis, sit Christus. Cum hospitem suscipis, Deum suscipis, sic enim scriptum est in Evangelio, dicente Domino Iesu; hospes eram, & collegistis me* perorat S. Ambrosius lib. 5. de Abraham cap. 5. *Fieri non potest, ut ea domus, quae pauperum miseratione fundata est, mali quicquam patiat, imò si quid forte perpeffa fuerit, melior eam evenire faciat, idque erit familia, & donum, pro chyeo, & hasta, scribit S. Chrysostomus, Hom. 7. in Epist. 2. ad Titum: Oleum pietatis, & misericordiae unguentum, quanto copiosius in fraternas necessitates funditur, tanto donis potioribus augmentatur. Sic Cassiodorus exhausta sunt beneficentiae opes, nam largiendo acquiruntur, & dispensando colliguntur, inquit Agapitus Epistola Parenetica. 44. concludo Martialis Carmine, lib. 5.*

Extra fortunam est, quidquid dona
amicis,

Quas dederis, solus semper habebis

DEI gratia Conceptus pandam.

CONCEPTUS I.

Confirmatio
seu
Deductio.

Manfuetissimus Salvator noster, pro triginta argenteis, pro
bus venditus est, voluit, ut illo pretio, sepultura, & requies
grinis fieret, ita S. Matthaeus 27. cap. Emerunt ex illo, argenti

in sepulturam peregrinorum. Ad peregrinorum & indigentium sepulturam, Christus omne pretium, pretiosissimi sui sanguinis clarigitur; cur tam carè emit? utique ut noscamus, hospitalitatis pretium, & meritum; quò carius enim res emitur, tantò pluris æstimatur, valet, & constat: omne pretium sanguinis sui, Christus dedit, impendit in opus hospitalitatis, in quietem, & sepulturam peregrinorum; hinc desumere licet, hospitalitas à Deo quanti æstimetur, hospitales pauperes, peregrinos, indigentes benignè suscipientes, quantum mereantur, & lucrentur, paucis: Hospitalitatis meritum, expresserunt fratres Proregis Josephi.

CONCEPTUS II.

Tempore magnæ annonæ penuriæ, filii Jacob, fratres Josephi, in Ægyptum peregrinantur, ibidem frumentum, pro domus necessitate empturi; primo intuitu Prorex Josephus agnoscit, fratres suos esse, non cogitat vindictam, sed humanissimè sub tectum suum eos recipit, famelicos alit, & pascit, indigentibus saccos frumento repleri, ac pecuniam clam imponi imperat: *Fussit minister, ut implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum, in sacculis suis, datis supra cibariis in viâ, qui fecerunt ita,* Genes. 42. cap. In viâ unus saccum suum aperuit, & pecuniam, ac pretium cum invenisset, reliquis fratribus retulit; ita Textus: *apertoque unus sacco, ut daret jumento pabulum in diversorio, contemplantus pecuniam in ore sacculi, dixit fratribus suis: reddita est mihi pecunia, & obstupescit, turbatique mutuo dixerunt: quidnam est hoc, quod fecit nobis Deus? Quid loquimini, vos viri? An non prudenter vobis imaginari potestis, Proregem Ægypti Josephum, in vestros saccos, pecuniam imponere justissè? Cur ergo admirantes, non potius dicitis, quid est hoc, quod fecit nobis Josephus? advertite: Josephus magnâ hospitalitatè erga viros hos peregrinos exercuit, non tantum frumentum, & pretium pro eo, sed & insuper cibaria in viâ liberaliter dedit, ac donavit; virum tam benignum, hospitalem admirantes, non Proregem, non Josephum, sed Deum vocant; *Quid est hoc, quod fecit nobis Deus?* indicantes, hospitalitatis*

tis virtus, hospitem divinum reddit, omnibus beatissimum, felicissimum,

CONCEPTUS III.

Omni virtuti favet Deus: audeo dicere; hospitalitati maxime favet: libeat veritatem eruere ex Parabola Lucae 16. conscripta: Duo debitores erant cuidam Domino, unus centum debebat cados olei, alter centum coros tritici: Procurator dominus hos debitores citat, debitori olei quinquaginta donat, tritici ginti; Audiamus Textum: *Dicebat primo, quantum debes Domino meo? at ille dixit; Centum cados Olei: dixitque illi: accipe cautionem tuam, & sede cito, scribe quinquaginta: deinde alii dicit tu vero quantum debes? qui ait: centum coros tritici; ait illi: accipe litteras tuas, & scribe octoginta: & laudavit Dominus eum iniquitatis, quia prudenter egisset.* Quæstio oritur, cur debitori olei plus, quam debitori tritici donatur? & cur recte quinquaginta donantur? Nullus ignorat, in oleo benignitatem, charitatem, & hospitalitatem signari; ergo habenti hospitalitatem, charitatem, benignitatem, misericordiam, plus, & major gratia, quinquaginta, numerus jubilæus, jubilæum gratiarum donatur, nempe Dei gratia, & benedictio, quam Deus liberalissime impertitur. Conceptus hic est Divi Chrysologi serm. 126. sic aureo scribentis: *Scribere jubet quinquaginta: quinquagesimum numerum ad misericordiam pertinere, David pandit, cum Psalmum quinquagesimum cantat, clamans: Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam:* Hospitalitas ergo, benignitas, misericordia erga peregrinos, ad omnes Dei gratias, & misericordias petrandas, potentissimus advocatus, & patronus est.

CONCEPTUS IV.

De Bethlehem civitate, licet parvula scribit Michæas, cap. 5. *Bethlehem Ephrata, parvula es, in millibus Juda.* S. Martinus cap. 2. etiam habet: *Et tu Bethlehem, terra Juda, nequaquam*

minima es, in Principibus Juda, ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel. Bethlehem interpretatur S. Gregorius lib. 8. in Evangelia, vocari *domum panis*. Cur domus panis? Nomine panis, in Scripturis, hæc omnia subintelliguntur, quæ ad animam, & corpus expediunt, & prudenter desiderari possunt: Sic Jacob orat: *Si dederit mihi Dominus, panem ad vescendum.* Genes. 28. cap. Nomine panis ergo, subintelliguntur omnis generis dona, & Dei omnipotentis benedictiones: ut animæ innocentia, conscientie candor, corporis sanitas, Principum favor, rerum temporalium sufficientia; Bethlehem ergo vocando domum panis, uno verbo omnia dona, gratias, & benedictiones, è liberali Dei manu elargiuntur, ut ducatur in populo, abundantiam in terræ frugibus, &c. Jam quis causalem dicet, ob quam adeò benedicta, gratiis, & donis Dei cumulata fuerit Bethlehem? Causalem aliam non invenio, nisi minutam quandam hospitalitatem, quòd Christum Dei Filium sub tectum receperit, in stabulo manere indulserit: minuta hæc hospitalitas, amplissimè à Deo præmiata est, Bethlehem domus panis; Hospitalitatis virtus copiosissimè præmiatur, hospitales ditat, & benedictione cœli, & terræ replet. Tectum produco Abrahamum.

CONCEPTUS V.

Abrahamo Genes. cap. 18. promissio fit filii, in quo benediciendæ sint omnes gentes. *Habebit Filium Sara uxor tua.* Hic filius est Isaac, de cujus stemmate, & sanguine natus est Christus Jesus, qui totius mundi unica est salus; maximam benedictionem! Abrahamæ Deus cum filio Isaac elargitur: Quale meritum, ad tam pinguem benedictionem, habet Abraham? Meritum est hospitalitas: *Apparuerunt ei tres viri stantes propè eum, quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum, de ostio tabernaculi sui, & adoravit in terram, & dixit: Domine! si inveni gratiam, in oculis tuis, ne transeas servum tuum, sed asseram pauxillum aqua, & laventur pedes vestri, & requiescite sub arbore, ponam.*

nam.

namque buccellam panis, & confortetur cor vestrum, postea trahitis, &c. Festinavit Abraham in tabernaculum, ad Saram, dicitur que ei, accelera, tria sata simila commisce, & fac submericatos nes; ipse vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum nerrimum, & optimum. Desuper eleganter S. Chryostomus in Genes. Currit, & volat senex, vidit enim prædam, quam nabatur. Non vocaret famulos, quasi diceret: magnus thesaurus est, magna negotiatio, per meipsum, hanc mercem inferre debeo, ne elabatur tantum lucrum. Hospitalitas ars est quæ stuosissima.

CONCEPTUS VI.

Jobo inquit facer Textus cap. 42. *Addidit Deus omnia, cunque fuerant Job, duplicia.* Pius Samaritanus protulit duos denarios. Quæ merita causa, cur Job dentur duplicia? Merito allegat Sacra Scriptura, lib. Job cap. 31. *Foris non mansi peregrinus, ostium meum viatori patuit.* Hospitalitatem non in solo, sed in duplo liberalissimus Deus præmiat: Hospitalitatem maximam, pius Samaritanus, erga peregrinum, qui incidit latrones, exercuit: *Imponens illum in jumentum suum, duxit eum in tabernaculum.* Lucæ 10. cap. Non unum ergo, sed duos denarios fert, duplex præmium monstrat, quo præmiandi sunt hospitalitatis sectatores, confirmat. S. Augustinus: *Duo denarii, sunt præmissio, vitæ quæ nunc est, & æterna,* vult dicere, temporaliter æternum, hospitalitatem Deus remuneratur. Percurritur hospitalitatem indubiè temporaliter remuneratam invenietur hospitalis, Angelos recepit sub tectum, ab incendio, & fatali periculo, præservatus est, Genes. 19. cap. Exploratores Josue, in hospitio Raab meretrix liberaliter, custodivit fideliter, & cautè, & domus ejus tota ab hoste servata est. Josue 2. cap. præcepta ad hospitalitatem fuit Rebecca, dicens servo Abraham, *Et sæni plurimum est apud nos, & locus sparsus ad manducandum.* Genes. 24. cap. & ideo in Sponsam Isaac eligitur: res

Hospitio Sunamitis Eliseum, qui & filium impetrat, & eundem mortuum suscitatur 4. Regum 4. hospitio recipit Zachæus Dominum, & filius fit Abrahæ, Luca 19. cap. Sed in æternum hospitalitatem Deum præmiare, testatur Christus Matth. 25. cap. *Tunc*, in die Judicii inquam, *dicet Rex his, qui à dextris ejus erunt; venite Benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum; Hospes eram, & collegistis me.*

Hortor ergo omnes, cum S. Petro Apostolo, Epist. 1. *Epilogus.* cap. 4. *Estote hospitales invicem sine murmuratione.* Et cum S. Gregorio Papa, lib. 3. Dialog. cap. 11. *Præbete fratres modò, peregrino Christo hospitium, ut vos in judicio, non quasi peregrinos nesciat, sed ut proprios recipiat, in Regnum, ipso adjuvante, qui vivit Deus in sæcula.*
Amen.



Ii

IN



IN FERIA III. PASCHATIS.

CONCIO PRIMA.

Textus. Pax vobis. Lucæ 24. cap.

Thema. Pax, & Concordia; monstrant verum Christianum, eumque beatum efficiunt.

Exordium. **H**ominum nobilitas, à natalibus desumitur, à Christi Christiani nominamur, & dicimur, natalitia, ac tranquillitia autem tessera Christi, pax est, & concordia. Apostolus Paulus ad Rom. 13. cap. *Deus pacis, & dilectio*

Textus Scripturae. Qui ergo paci, & concordia student, veros se Christianos demonstrant: cum pacificis, concordibus Deus est, eos aeternum promeretur. Audiamus Sacram Scripturam: *In tribus benedictum est spiritui meo, quæ sunt probata, coram Deo, & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier consentientes, Eccles. cap. 28. Ubi duo, vel tres congregati sunt nomine meo, in medio eorum sum:* inquit aeterna veritas, Mat. 8. & Matth. cap. 5. Pacificos, concordés beatos pronunciat. *Pacifici, quoniam Filii Dei vocabuntur.*

Patres. Patres percipiamus Spiritum Dei specialiter promeretur; Pax dilectionis Mater. Pax indicium est Sanctitatis; hinc pax, præ omnibus virtutibus est custodienda, quia semper in Deo manet, qui in pace manet cum Sanctis Dei, societatem habet. scribit S. Augustinus Serm. de Tempore, & iterum. Serm. 87. in Appendice. *Custodienda est in viribus pax est, quoniam Deus semper in pace est.* Ponderant sunt verba S. Bernardini Senensis, Tom. 3. Serm. 9. Art. 1. ad tertium. *Sicut Christus, inter Sanctos, in caelis habitat, per charitatem*

S. Augustinus.

S. Bernardini Senensis.

riam, ita inter concordēs, & unanimes, habitat per charitatis gratiam. Qui pacem querit, Christum inquirat, quoniam ipse est pax nostra. Verba sunt Magni Basilii, Hom. in Psal. 33. hinc hor-^{Basilii} tatur S. Ildorus Pelus. lib. 1. Epist. 85. Mordicus pacem retine, cæle-^{Magnus.} stis enim est, & Deo vicina. Concludit Damascenus lib. 1. Paral. cap. 18. Deo, ac divinis propinqui sunt, quicumque pacis bonum am-^{S. Ildorus.} plexari videntur. Imploratâ S. Spiritus gratiâ, desuper Concep-^{S. Joannes} tus dabo. ^{Damascenus}

CONCEPTUS I.

S. Antoninus 4. Part. Tit. 6. cap. 8. §. 1. ingeniosè observat, quòd Pax, hoc nomen tres solum numeret litteras, P. A. X. per P. repræ-^{Confirmatio} sentatur Pater æternus: Deus pacis. 2. ad Corinth. cap. 13. Ante^{seu} alia nomina, quibus Deus appellari gaudet, hæc prærogativa nuncu-^{Deductio.} patur. Nempè Deus pacis: Pax enim, & charitas, atque id genus nominibus appellatur, quo videlicet, per ipsa vocabula nos admo-
neat, ut has virtutes, tamquam Deum consequi studeamus. Per litteram A. Amor indicatur, S. Spiritus, cujus fructus enumerans S. Paulus ad Galatas 4. ait: Fructus autem Spiritus, Pax. Per litte-
ram X. Christus DEI Filius representatur, de quo S. Paulus ad Colossenses cap. 1. In ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare, & per eum conciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive qua in Terris, sive qua in Cælis. Tanta fuit Pax, Filio Dei apprente in carne, ut omnes, secundum Isaiæ vaticini-
um, contunderent gladios in aratra, & lanceas suas in falces; idè verò Filius Dei Author pacis, tempore pacis nascitur, ut omnes se-
quaces suos, pacem amare doceret. S. Ambrosius Serm. in Nativ. Pax hoc nomen ergo, totam SS. Trinitatem, in se includit, quasi nomen Pax, litteris demonstret, sibi addictum habere, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum: Pacificis, concordibus, speciali gra-
tiâ favere, totam Sanctissimam Trinitatem. Academicus ingenioso Symbolo hoc expressit,

CONCEPTUS II.

Super mare pinxit concham, quæ se ultrò aperiens, nobili-
mam gemmam præsentat: hæc inscriptione adjectâ: *Hanc con-*
cato: Dùm cœlum serenum est, astra quieta, & pacata invicem
tunc concha super maris undas se extollit, & candidam unice
pretiosam Margaritam offert, exhibet, præsentat; Dei gratia
non immeritò pretiosissimæ gemmæ, nobilissimæ margaritæ
paravero: audiatur Thomas à Kempis, lib. 3. §. 5. *O beatissimæ*
ria! quæ pauperes Spiritu, virtutibus divites facis. Hanc
tiosam gemmam, gratiam divinam, vel maximè Deus offert, et
bet, elargitur, cœlo pacato, atque sereno, dùm inquam con-
mentes, & animi mortalium, pacifici sunt, quieti, & concordēs
promittit æterna veritas: *Ubi duo, vel tres congregati sunt, in*
mine meo, in medio eorum sum, Matth. 8. cap. *Crede mihi,* dicit
Bernardus serm. 41. de modo benè vivendi: *Quia Deo non*
tum placent nostra jejunia, nostra orationes, nostra sacrificia,
tum concordia.

CONCEPTUS III.

Magna est gratia Dei, esse servum Dei; Major est gratia
esse amicum Dei, maxima gratia, esse Filium Dei, hæredem
gni cœlestis: Servi, & amici Dei sumus, per accuratam man-
rum Dei observationem, & voluntatis Dei adimplerionem; præ-
ceptum legimus, Joann. 15. cap. *Vos amici mei estis, si feceritis*
ego præcipio vobis. Et Matth. 12. cap. *Quicumque enim fecerit*
voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, soror, &
ter est. Filii autem Dei efficimur, maximâ Dei gratiâ donati
virtute pacis, & concordia; sic asserente æternâ Veritate, Mat-
5. cap. *Beati pacifici, quoniam Filii Dei vocabuntur.* *Pax est,*
spoliat hominem servitute, dat nomen ingenuum, mutat
Deum, cum conditione personam, ex famulo filium, liberum
ex servo. Scribit S. Augustinus Tom. 4. Lib. 1. de Serm. Domini
monte cap. 2. & iterum. Serm. 57. in Append. *Pax est, quæ Deum*

trem vocat, filium facit ex servo; quanta est huius pacis retributio! hereditatem possidere cum Christo, substantiam Patris habere cum filio, caeleste regnum participare cum Domino, & in consortium perpetuitatis admitti cum Domino. Audiamus Joannem in sua Apocalypsi.

CONCEPTUS IV.

Ad supremam illam Jerosolymam elevatus, suos in illam dirigens oculos Joannes Apocal. cap. 21. notat, duodecim portis ornatum esse: *Ab Oriente portae tres, & ab aquilone portae tres, & ab austro portae tres, & ab occasu portae tres.* Tot portas caelestis civitatis, narrat Joannes, ex gemmis, & pretiosis margaritis fabricatas lucere. *Sed duodecim portae, duodecim margaritae sunt per singulas, & singula portae, erant ex singulis margaritis.* Quid mysterii latet, quod tot portarum, introitus, & ingressus in caelestem Jerusalem, ex margaritis fabricatae sint? Mysterium detegit Doctissimus Mansus Tract. 70. de pace, & concordia disc. 6. scribens. Margaritae, idem sonat, quod unio, vel uniones; merito igitur margaritae, illas paradisi portas venustant, & locupletant, ut per hoc denotetur, quod unio, Pax, & concordia, quae nos ad invicem stringit in terris, & conjungit, aditum nobis, & ingressum praestet in caelum, ubi aliae non sunt animae, quam illae, quae per summam unionem, & charitatem inter se conjunctae, in illa caelesti Hierosolyma, pacis unione fruuntur. Confirmant hoc ipsum, sequentia B. Petri Damiani verba lib. 7. Epist. ultimae: *Illic omnium mentes, in mutui amoris unione conflata, nullam invicem varietate dissentiunt, sed in communi voluntatis studio, omnes unanimiter fœderantur.*

CONCEPTUS V.

S. Bernardinus observat, quod post beatitudinem mundi cordis, ponatur beatitudo pacificorum, ita ut, si beati mundo corde, sexto loco ponuntur, beati pacifici, septimo loco constituentur; ita Matthaeus cap. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt:*

debunt: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Cur quæ
 rectè septimo loco in ordine ponuntur pacifici? & cur rectè
 beatos mundo corde? ad utrumque respondeo: Dies septimus
 dies est quietis: Die septimo requievit Deus ab omni opere: Ille
 septimus, dies est Dominica, dies feriæ, & requietionis. Septimo
 loco ergo, ponitur beatitudo pacificorum, ad innuendum, paci-
 cos certam obtenturos quietem, & feriam, in æternitate: Sicut
 volunt verba S. Bernardini, Tom. 3. Serm. 8. de multiplici bono pacis.
*Non sine mysterio, secundùm glossam, hæc septima beatitudo, ponitur
 in septimo loco, quia in Sabbatho vera requieui, dabitur vobis
 Pax.* Post mundos corde, ponuntur pacifici, ut non minus, qui
 hi, de visione Dei certi sint; mundi corde videbunt Deum, qui
 bunt & pacifici, quia Filii Dei vocabuntur.

Epilogus.

Hortor ergo omnes, cum S. Laurentio Justiniano in Fa. C. Ann.
 cap. 7. *Pacem diligite, tamquàm futura Beatitudinis causam
 tenete.* Plura in hanc materiam, legat Lector Dominicalium
 meum, Dom. in Albis Con., 2.





IN FERIA III. PASCHATIS.

CONCIO SECUNDA.

Pax vobis. Lucae 24. cap.

Textus.

Sicut Pax, & Concordia, homines pacificos felices reddunt, sic discordia discordes damnat, & in exitium trahit.

Thema.



Discordiam esse odii matrem, calamitatum nutricem, pacis venenum, & infortuniorum exilium, gentiles agnoverunt; Discordia nihil non concutit, discussa evertit; unde dictum Pythagoræ: *Unitas est omnium rerum vita, & perpetuitas; dualitas, destructio & interitus.* Brusonius lib. 2. cap. 24. habet. *Discordia exitium præbet.* Audiamus Sacram Scripturam: *Quod si invicem mordetis, videte, ne ab invicem consumamini.* Paulus ad Galatas cap. 5. *Ubi zelus, & contentio, ibi omne opus prævum.* Jacobi cap. 3. *Sex sunt, quæ odit anima mea, dicit Dominus, & seprimum, quod destatur; videlicet eum, qui seminat discordiam inter fratres, huic extemplo veniet perditio sua, & subito conteretur, qui seminat discordias inter fratres.* Sap. 6. Ipse Christus prædicit Matth. 12. cap. *Omne regnum divisum contra se, desolabitur, & omnis civitas, vel domus, divisa contra se, non stabit.* Audiamus & Patres: *Triumphus demoniorum, est dissensio Christianorum, scribit S. Augustinus Serm. 156, de tempore. Conformiter S. Hieronymus, Tom. 9, in Regiam Monarchiam: Quidquid dividit inter fratres,*

Exordium.

Textus Scripturæ.

Patres:

*S. Augustinus.
S. Hieronymus.*

S. Bernardus tres, infernus dicitur est. Horribilia sunt verba S. Bernardi de 41. de modo bene vivendi. *Maledictus homo, qui discordiam minat, qui pacem, & concordiam rumpit, adversus Deum, & Christo facit Injuriam.* Et iterum serm. 3. in Dedicatione Ecclesie: *Sicut in pace, factus est locus Domini, sic in discordia, loci fieri Diabolo, manifestum est.* Unde S. Laurentius Justinianus de Disciplinâ Conversationis Monasticæ. *Est contentio, igitur Diaboli sagitta, ad perdendas animas, qui contentiosus existit, ut tiqui hostis in se immisiones admittit, diaboli ministerium operatur, discordia gratia lumen repellit.* S. Bonaventura ait, sermone Epiphaniæ. *Non poterit habere concordiam cum Christo, qui voluerit esse cum Christiano.* Et Origenes Tract. 6. in capitulo Matth. habet: *Consumit dissensus, sicut congregat consensus, separat Jesum, qui in medio consentientium invenitur.* Concordia cum S. Gregorio Papa 3. Part. post Admon. 24: *Audiantur gregoriarum seminatores, quod scriptum est, beati pacifici, qui Filii Dei vocabuntur, atque è diverso colligunt, quia si Filii vocantur, qui pacem faciunt; procul dubio Sathanae sunt Filii, pacem confundunt; omnes autem, qui per discordiam separantur à viriditate dilectionis arescunt.* Quàm nociva sit discordia imploratâ Dei gratiâ, Conceptibus deducam.

CONCEPTUS I.

Confirmatio seu Deductio. Judicum cap. 9. narrat sacer Textus: *Misit Deus Spiritum pessimum, inter Abimelech, & habitatores Sichem.* Notate: Spiritus pessimum. Dæmon communiter malus Spiritus dicitur; pessimum Spiritus ergo, quasi dæmone pejor notatur: Quis ergo ille Spiritus pessimus? S. Cajetanus in hunc locum, per hunc Spiritum pessimum, discordiam, sive rixam, malum affectum, dissensionem inter Abimelech, & Sichimitas intelligit: Discordia non dicitur simpliciter, Spiritus malus, sed pessimus. Cur pessimus? Experimentiâ teste, quo pejor est res aliqua, eò magis nocet; pessimum

ergo dicitur Spiritus discordiæ, ad indicandum, discordiam quàm maximè nocere; nocere animæ, & corpori. S. Ambrosius in cap. 5. ad Galatas, subscribit: *Dissensio fratrum, inimica est dilectionis, contentiones enim generant jurgium, cujus fructus est vitæ con- sumptio.* Noverat hoc David.

CONCEPTUS II.

Invaserat Spiritus malus Regem Saul: David, gener & domesti- cus Regis Saul, quid facit? An fors obsessum fugit? minimè: ob- fesso adstat intrepidè, citharâ suâ refocillat Saul, ita Textus 1. Re- gum cap. 16. *Quandocunque Spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat citharam, & percutiebat manu suâ, & reso- cillabatur Saul, & levius habebat, recedebat enim ab eo Spiritus malus.* Dum Spiritus malus à Saul recessisset, fugit David, atque à Saul declinat: ita Textus 1. Regum 18. *Declinavit David à facie Saul.* Mirabile hoc, obsesso à Spiritu malo Saul, David intrepidus adstat; à Spiritu hoc malo Saul liberato, David declinat, & fugit: Cur hoc? An quid pejus Spiritu malo, David fugit atque declinat? & quid illud malo Spiritu pejus & deterius esse potest? est hoc pes- sima discordia, malus affectus, rancor, & livor, quem Saul adversus David in corde gessit. *Non rectis ergo oculis, Saul aspiciebat David.* 1. Regum cap. 18. Discordiam, livorem, rancorem, malum affe- ctum, David diabolo pejorem judicat, fugit, atque declinat: siqui- dem à Spiritu malo agitated Saul, David nocere non tentavit: à discordiâ, livore, & rancore cordis verò stimulated Saul, lanceâ David transfigere, iteratò tentat. Præclarè Basilius Seleuciensis. Orat. 16. *Paululum à Dæmonis exitu levatus Saul & adversorum deterâ caligine, in David, quem præsentem cognoverat, hastam ejaculatus, medicine pretium, cadem obtulit.*

CONCEPTUS III.

Signanter adnectit Scriptura, 1. Regum 17. cap. Goliath an- tecessisse armigerum, *appropinquans adversum David, & armiger ejus ante eum.* Rupertus Abbas lib. 2. de Trinit. cap. 5. per Goliath, intel-

K k

intel-

intelligit discordiam: Quid enim Goliath, nisi homo contentiosus, qui provocat Israël ad pugnam, & ad certamen? Quis ejus armiger? Respondet Rupertus: *Armiger ejus egestas*, quasi dicitur & doceret citatus Doctor, discordiam pessimum esse Spirituum, ad egestatem, ac interitum temporalem & aeternum, discordes ducit, ac præcipitat: uti insinuat S. Paulus, ad Galatas cap. 5. *Si invicem morderis, videre, ne ab invicem consumamini.* Hinc capio verba Osee cap. 10.

CONCEPTUS IV.

Transire fecit Samaria Regem suum, quasi spumam super eam aqua. Discordiæ erant in Samaria; Pars populi idola adoravit in excessis, pars in Jerusalem verum cultum sequebatur. Spumæ aquæ, discordes comparantur, cur spumæ? Quid modo caducum, ac transitorium spuma? subito evanescit, & in nihil reducitur: Sic discordes interibunt, in nihilum reducentur. Omne Salustius: *Discordiâ, res maxime dilabuntur. Ubi discordia non est protector Deus.* S. Hieronymus in Psal. 75.

CONCEPTUS V.

Genesis cap. 1. legitur, quod Deus omnipotens, mundi incipit creationem, primâ die creaverit lucem, lucemque ut bonam probaverit: *Et factum est vespere & mane dies unus, & creavit Deus lucem, quod esset bona.* Idem hoc ait de tertio, quarto, & reliquis diebus; secundo die verò creat firmamentum, & deinde non replicat verba, quæ in Principio creationis dixerat: nec quod esset bonum: An non opus hoc secundæ diei, omnipotentis divinæ attributum est, uti reliquorum dierum opera? Cur non opus secundæ diei, ut bonum non laudat? non benedicit? S. Hieronymus indicat causam, ob quam Deus operi secundæ diei non benedixit, illud non laudaverit; observans, quod sit opus separationis, divisionis, disjunctionis, opus secundæ diei: ita Textus: *Deus firmamentum, & divisit aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum.* Operi, quod separationem, divisionem, disjunctionem

divisionem, disjunctionem notat, non benedicit Deus? ad innuendum, discordias, dissensiones, divisiones animorum, odio habere Deum: Similiter loco, cœtui, familiæ, ubi dissensiones, discordiæ sunt, non benedicere, sed benedictionem subtrahere, unde perniciæ, & interitus certus subsequitur. Audiamus verba S. Hieronymi ad Jovinianũ. *In die secundo, non additum est, sicut in primo, & tertio & reliquis: vidit Deus, quia bonum est: statimque subjeceram, intelligentiam nobis relinquit, non esse bonum, duplicem numerum, qui ab unione dividit.*

CONCEPTUS VI.

Observat citatus magnus S. Hieronymus: Animalia omnis generis in Arcam Noë intrasse: intrarunt aliqua animalia bina & bina, alia sola & sola; illa, quæ sola & sola intrant in arcam, animalia munda dicuntur: illa verò, quæ bina & bina procedunt, animalia immunda pronuntiantur: immundum à Deo censeretur, est Deo displicere; immunda ab arâ & sacrificio rejicit Deus: immunda pronuntiantur, quæ bina & bina, in Arcam ingrediebantur animalia; ergo Deo displicentia, à Deo abjecta. Sed cur rectè immunda habentur animalia, quæ bina gradiuntur in Arcam? An fors, quia binarius numerus dualitatem, divisionem significat? Sic concludit S. Hieronymus. *Unde & in Arcâ Noë, omnia animalia, quæcunque bina ingrediuntur, immunda sunt, impar numerus est mundus, numero Deus impari gaudet.* In unitate sibi Deus complacet, numerum unum acceptum habet, mundum gratum sibi reputat; e contra dualitatem, numerum binarium, qui divisionem, disjunctionem designat, immundum, ingratum reprobatur, & rejicit: Discordes ergo Deus reprobatur, dissentientes rejicit.

CONCEPTUS VII.

Duâs res observatu dignissimas, Ildephonsus de Padilla Annot. 9. in Habac. cap. 1. disc. 6. acutè ponderat: nempe Christum ascendentem in cœlum, tardè per Aera fursùm elevatum esse: *Videntibus illis elevatus est; Act. 1.* Quamprimùm Christus cœlum primum,

K k 2

mum,

mum, empyreum, & stellarum attigit, velocissimo volatu, & rapidissimo motu pertransiit. *Raptus est Filius Dei, ad Deum, & thronum ejus.* Apocal. cap. 12. Cur tam properanter, citò, velociter, cœlum empyreum pertransit? Filios Israël decrevit Dei beneficentia, manna & coturnicibus pascere, & exhilarare, hæc tamen divinitate; coturnices in ipsa castra, in copiâ immisit, manna vero Deus, non intra, sed extra castra depluit: ita Textus Evangelic. 16. cap. *Factum est ergo vespere, & ascendens coturnix cooperavit castra, manè quoque ros jacuit per circuitum castrorum.* Cur quæ non etiam manna, uti coturnices, intra ipsa castra depluit? cur etiam manna extra castra bonus Deus præbuit? ad utramque quæstionem respondeo: primò, cur tam properanter, citò, velociter, cœlum empyreum pertransiit? notum est, in cœlo prima, & pyreo inter luminaria continua est discordia, pugna, & dissensio. Sol contrariatur Lunæ, hæc Soli, unde eclypses oriuntur, sidera tibi oppositis, continuo sibi ipsis contrariantur; unum versus Occidentem, alterum versus Orientem movetur, nec solum unum alteri contradicit, sed sibi ipsi quodlibet opponitur, & contrariatur, nam eo tempore, quo naturali motu, de Occidente ad Orientem movetur, rapto motu, de Oriente ad Occidentem trahitur. Hæc ergo cœlorum contrarietas, & oppositio, causa fuit, ob quam Christus velocissimè cœlum empyreum præteriret, ad indicandum discordes Deum omninò vitare, præterire, cum discordibus, ad instans DEUM manere, sed omninò eos deserere, abjicere, & probare; Hinc etiam manna, non intra castra, ut coturnices, sed extra castra depluit: Manna, typus gratiæ Dei est, castra, belligeros, discordantium sunt habitacula: Manna gratiæ typum, non intra, sed extra castra depluit; ad innuendum, gratiam suam, non Deum discordibus communicare, sed in perniciem, & exitium, adducere à divinâ gratiâ exulare. Audiamus Berchorium. Verbo *Deus viros pacificos visitat, & cum eis spiritualiter habitat, & eorum consortium diligit, & frequentat: quando enim apes in alveis strepitant, & clamorem, & discordiam faciunt, signum est, quòd alveus vult alveare dimittere, & ad locum alium se transferre; sic etiam Rex noster Deus, alveare cordis, & societatis dimittit, ubi lites, & discordias esse sentit.*

Epilogus.

Hortor ergo cum S. Paulo ad Rom. 13. cap. *Non in contentione, & amulatione, sed induimini Dominum Jesum Christum. Amen.*



IN FERIA III. PASCHATIS.

CONCIO TERTIA.

Mirantibus prae gaudio. Lucae 24.

Textus.

Passionem Christi meditari, gaudium inter-
num, & quam maximum meritum caufat. *Thema.*



Christum passum, in manibus & pedibus, Cicatrices *Exordium.*
Vulnerum gestientem, intuiti sunt Apostoli, & admiran-
tes gaudebant. *Mirantibus prae Gaudio.* Exinde
hoc Documentum capimus, Passionem, Vulnera, & Ci-
catrices Christi meditari, singulare Gaudium internum,
consolatione in mentis, & animae quam maximum meritum caufat.

Probo Scripturae Textu, & SS. Virorum asserto, *Secundum multi- Textus*
tudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae, letificaverunt animam meam. canit David. Psal. 93. *Sicut abundant Pas- Scriptura.*
siones Christi in nobis, ita & per passionem abundat consolatio nostra.
inquit Paulus 1. ad Corinth. 4. cap. Audiamus Patres. *Certa arg. se. Patres.*
cura est expectatio promissa Beatitudinis, ubi est participatio Do-
minica passionis. scribit S. Leo Papa. Sermon. 9. de Quadrag. Elegan- *S. Leo. Papa.*
tia sunt verba Rabani de laudibus Crucis. *Passio Christi Caelum sus- Rabanus.*
sentat, mundum regit, tartarum perfodit, in ea confirmantur An-
geli, redimuntur populi, convertuntur inimici, stabiliuntur subsi-
stentia, animantur viventia, consentiunt sentientia, illustrantur
intelligentia. Emphatica sunt verba magni Augustini. Lib. 5. con- *S. Augustin.*
tra haereses. *Fusus est sanguis medici, & factus est medicamentum*
phrenetici. Passio tua, Domine Jesu! ultimum est resurgium, singu-
lare remedium; Per has rimas (Vulnera Christi intelligit) licet mi-
hi sugere mel de petra, oleum de saxo, & videre, & gustare, quam
suavis

Kk 3.

suavis

- S. Bernardus. *suavis est Dominus.* Loquitur S. Bernardus. Serm. 22. super Ca.
 ca. Peroptimè S. Laurentius Justinianus de Pass. Domini. *salubrior, ad mentis habitaculum, cogitatio reperitur, quam
 S. Laurentius Justinianus. fionis Christi, per ipsam quippè, humana salutis restauratio, & ineffabilis Dei ad Homines, agnoscitur summa dilectio. Nemo autem divina Charitatis aeternum fontem degustat melius, quam
 B. Albertus Magnus. jusmodi attentâ, sedulâq; meditatione.* Nervosè B. Albertus Magnus Tract. de Mis. *Simplex recordatio, vel meditatio Passions Christi plus valet, quam si quis per annum jejunaret in Pane, & in quâlibet sextâ feriâ, vel disciplinaret se, quâlibet hebdomada ad effusionem sanguinis, vel quotidie legeret Psalterium.* Bernardus de Busto Serm. 15. inquit. *Magis meretur, vel unam lachrymam emittens, ob memoriam Passions Christi, quam si aliam promissionis peregrinaretur.* Thom. Kemp. habet. l. 1. cap. de Imitatione Christi. *Qui se intemè, & devotè in Passione Dei exercet, omnia utilia, & necessaria sibi, abundanter ibi invenit.* Et iterum Lib. 2. cap. 1. §. 4. *Requiesce in Passione Domini, & in cruce ejus vulneribus libenter habita, si enim ad vulnera, & tiosa stigmata Jesu devotè confugis, magnam in Tribulatione fortationem senties.* S. Gertrudes ait. lib. 3. cap. 41. *Sicut in bile est, ut aliquis farinam tractet, ut inde pulverem mtrabat; sic fieri non potest, ut aliquis cum devotione, etiam Dominicâ intendat passioni, & nullum inde fructum percipiat.* cludo cum Ludovico Blofio in Sacell. anim. cap. 21. *In aëre planè Thesaurus invenitur in passione Christi, cui si te coram ter adjunxeris, mirum in modum locupletaberis: quotiescunq; aliquid meditaris, aut legis, de passione Domini Jesu, sancto inde, & ingentem fructum reportas, etiamsi parvo admittas fructu, & sine ullo sapore sensibili mediteris, ac legas: fieri meditatione potest, ut vel aspicias tantum piis oculis, imaginem crucis sine grandi utilitate. Dei auxilio implorato, desuper Conceptam dicam.*

CONCEPTUS I.

- Confirmatio seu Deductio. *Nomine totius Apostolici Collegii, consolatissimè scribit S. Paulus 2. ad Cor. cap. 4. Tribulationem patimur, & non angustiamur. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur. O magne*

le! in rot adversis, quid adeò solidè Apostolos, in fame, in siti, in frigore & æstu, in vinculis & carceribus, in pressuris & tormentis, in ipsiis mortis angulitiis confortavit, consolabatur? dicit S. Paulus citatà Epistolà. *Semper mortificationem Jesu Christi, in corde nostro circumferentes.* Meditatio passionis Christi, gaudium internum adfert, tribulationes suaves reddit. Perpulchrà similitudine, hoc exprimit S. Catharina Senensis: Sicut panis durus, si aquà molliatur, facilè, & cum voluptate sumitur; ita dolores nostri, & labores, licet duri sint, leves & suaves efficiuntur, si per meditationem, sanguini, & passioni Christi immergantur. Figuris ex Scripturà patet.

CONCEPTUS II.

Exodi 15. cap. Filii Israël ad amarissimas aquas pervenerunt, quas bibere nauseabant. *Venerunt in Marath, neq; poterant bibere aquas de Marath, eò quòd essent amara.* Mirabiliter tamen à Moyse, amarissimæ hæ aquæ dulces factæ sunt, ita ut cum gustu, Filii Israël eas biberint, & se recreaverint. Item narrat Scriptura. Num. cap. 17. aridum lignum, & baculum, dulcia amygdala protulisse. *Invenit germinasse virgam Aaron, in domo Levi, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt.* Quis dicet, quo remedio, aquæ amara, à Moyse dulces sunt reddita? & quo artificio, arida virga reffloruit, & dulcissimos fructus protulit? dicit remedium, & altum, citatis locis, sacer Textus: Moyses certum lignum in amaras aquas immisit, & dulces factæ sunt. *Clamavit ad Dominum, qui ostendit illi lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcem versa sunt.* Exodi 15. cap. Iterùm Moyses, in virgas tribuum inscripsit nomina. *Et unicuique nomen superscribens Virga sicca.* Virga, cui nomen summi Sacerdotis Aaron inscriptum fuit, floruit, fructus suaves protulit. Aquæ Marath amarissimæ, sunt mundi tribulationes, & miseriæ; in has, si quis miserit lignum crucis, consideraverit in cruce pendentem, & patientem Jesum, aquas amarissimas tribulationum, compatiens Christo crucifixo meditatio, reddet dulces & suaves, causabit in mille adversitatibus, internum cordis gaudium, omnes adversitates reddet leves, & faciles: sint animæ nostræ, nescio quomodo ari-

do arida, steriles, desolata, tristes; inscribatur his virgibus aride nomen summi Sacerdotis Jesu Christi, in cruce patientis; floreant fructus dulces proferent, amoris erga Jesum, compassionis erga Christum, contritionis, & doloris super peccata, quod tam amarosum Dominum offenderimus: sapient exhinc poenaltates, corporis mortificationes, in aliquam offensarum commissarum compensationem. Ita Conceptum istum subscribit zelosissimus S. Franciscus de Sales. Lib. II. de Amore. *Sicut Virga Aaron, prius tota arida, ubi summi Sacerdotis nomen ei inscriptum fuit, florere, & fructum minare cepit: ita & anima nostra, ex se sterilis, quam prius summi Sacerdotis Christi nomen, ac passio inscripta fuerit, ubi fructus produceret.*

CONCEPTUS III.

Narrat S. Evangelista Marcus cap. 16. *Cum transisset Sabbathum, Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Salome, emittentes aromata, ut venientes ungerent Jesum: & introeuntes in sepulchrum, viderunt Juvenem sedentem in dextris, qui dixit: nolite expavescere, Jesum queritis Nazarenum crucifixum.* In hic observanda veniunt: dicit Angelus Mulieribus, ne timeant. *Nolite expavescere.* Viri milites timeant, & trepidant: *Extremi sunt Custodes, & facti sunt, velut mortui.* Matth. 28. cap. Viri timeant, expavescunt, & mulieres non timeant? *Nolite expavescere, cur non timeant? dicit causam Angelus. Jesum queritis Nazarenum Crucifixum.* Timor, anxietas mentis est, timor tristitiam fert, timor hominem inquietum, inconsolatum reddit; timor anxietatem, tristitiam, inquietudinem, abesse jubet Angelus mulieribus. *Nolite expavescere.* Indicans, per compatiendam meditationem passionis Christi, omne id, quod animae adversum, grave est, tolli, ac menti quietem, animae consolationem, in corde tribui gaudium, jubulum, ac dulcedinem. Non est in mysterio, quod Angelus dicat mulieribus: *Jesum queritis Nazarenum crucifixum.* Cur addit: *Nazarenum?* an non sufficere; Jesum queritis crucifixum? Cur addit, & praeimit Nazarenum? docet Hugo Cardinalis, in S. Marcum scribens: *Nazarenum, hoc nomen interpretari Floridum.* Flores recreant, exhilarant, consolantur, imò medentur: idem ergo floridus, quod recreans, exhilarans, consolans, adjuvans; crucifixo apponit, & adnectit Angelus.

nomen, & titulum Nazareni, intruens, per piam crucifixi JESU considerationem, recordationem, effici, ut Jesus erga tales sit floridus, internis consolationibus eos recreet, exhilaret: in facto, sunt expertæ hoc ipsum tres allegatæ mulieres, omnium primò iis, à mortuis gloriosè resurgens Jesus apparuit, & suâ gaudiosâ resurrectione, mirum in modum exhilaravit; cur omnium primò iis? Respondet Paulus de Palatio. *Quæ duraverunt juxta crucem, videntes morientem, nunc priores meruerunt videre resurgentem.* Conformeriter Didacus Stella, in Lucam. *Maria ista, primò de resurrectione Christi exultant, quia maximè in passione ejus doluerant.* Discipulis euntibus in Emmaus, se Jesus associat. *Ipse Jesus appropians, ibat cum illis.* Lucæ 24. cap. eos dulciter recreat, & consolatur. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in viâ, & aperiret nobis scripturam.* Lucæ 24. cap. Quid Christum movet, quod se suaviter eis associet, dulciter recreet, & consoletur? Motivam causam allegat Textus: *Ipsi loquebantur ad invicem, de omnibus his, quæ acciderant: de Jesu Nazareno, quomodo eum tradiderunt summi Sacerdotes, & Principes nostri, in damnationem mortis.* Desuper Dionysius Carthusianus in Lucam. *Quia de Christi passione contulerunt, & ei piè compatiébantur, apti fuere, ab eo visitari, & consolari; specialiter enim compiacet Salvatori nostro, collatio de suâ passione.* Passionem ergo Domini meditari, considerare, gaudium internum cordi creat, homini uberimos fructus divinæ gratiæ causat. Testem allego Sponsam.

CONCEPTUS IV.

Fatetur hæc, Sponsam sibi adeò addictam promeruisse, ut inter ubera ejus commorari placuerit. *Inter ubera mea commorabitur.* Cant. cap. 1. Inter ubera commorari, intensissimum amorem, & affectum significat, delicias, consolationes summas indicat. Quibus mediis usâ est Sponsa, ut Sponsam suam, adeò sibi devicerit, tam amorosum sibi affectum reddiderit, delitiis, & consolationibus eam repleverit? indicat causam motivam Cant. cap. 1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi,* Myrrhæ amaræ fasciculus, considerationem, meditationem, numerum amaræ passionis Christi, denotat; qui considerat, meditatur sæpius passionem Christi, facit, & causat, ut dilectus animarum nostrarum Christus Jesus, amantissimum, affectissimum se ei exhibeat, intimè illi commoretur, deli-

tiis internis, ac consolationibus animam repleat. Confirmat discipulum hunc doctissimus Mansi. Disc. 8. Num. 11. annotans.

CONCEPTUS V.

In Monte Thabor, transfiguratus est Jesus, adfuit Petrus, qui ait: *Bonum est, nos hic esse.* Adstant Moyses & Elias, qui loquebantur de excessu ejus. *Erant autem Moyses & Elias visi in majestate, & dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem.* Lucæ 9. cap. Bene notare libeat: dum Christus clarificatus præsentium corda, & animos, ineffabili gaudio, & jubilo perfrueret, Moyses & Elias de excessu, de amorosâ passione Christi differunt; An non conveniens erat, de præsentia materia, & gloriâ Cœlesti, de immensâ Electorum beatitudine differere? de Moyses & Elias nihil conferunt, unice loquuntur de excessu, & amantissimâ passione Christi, Hierosolymis complenda? ad hoc respondet Paulus de Palatio, id hoc præcipue factum esse mythe ut omnibus fidelibus, hoc perhiberetur documentum, scilicet quod qui loquuntur, meditantur, considerant devotè, amarissimè Christi passionem, iis Deus communicet donum gaudii & consolationis, prægestulum æternæ beatitudinis, hic adhuc iis exhibeat.

CONCEPTUS VI.

Narrat S. Lucas cap. 24. Apostolos Christo prandium paratum. *Obtulerunt ei Partem Piscis assi, & favum mellis.* Cur prima pars piscem, dein favum mellis? Respondet Hugo Cardinalis in Lucæ per Piscem assum, Christum crucifixum, per favum mellis, Christum gaudiose resurgentem intelligens. *Piscis assus, suis carnibus in passione, favus mellis, in resurrectione.* Post Piscem oblatum favum, passionis Christi devotam recordationem, sequitur oblatum favus mellis, interni gaudii, & consolationis. Concludo cum S. Bernardo. Serm. 1. de Resurrectione. *Non minus reverentia, resurrectionis tempus exigit, quàm passionis, si compateremini, & congnaretis, si commoreremini, & consurgeretis.*

Epilogus.

Hortor ergo omnes, desiderent cum S. Paulo, nihil aliud nisi Jesum crucifixum: & promittit: *Si compatimur, & conglorificabimur.* ad Romanos cap. 8. Amen.